



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXIV. De Jurejurando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

De Jurejurando.

TIT. XXIV.

Est denique modus probandi, qui fit per delationem aut relationem jurisjurandi, *l. i. D. De* five ex pacione ipsorum litigatorum, *jurejur.* five auctoritate judicis deferatur: maximumque remedium expediendarum litium est jurisjurandi religio.

1. Quid est Iusjurandum?

Est invocatio divini Numinis in testimonium, five promittendo aliquid in futurum, five adserendo aliquid in praeteritum.

2. Quotuplex est Iusjurandum?

Duplex, *Promissorium*, quo quis sancte promittit ac jurat, se quid daturum vel facturum; & *Adfertorium*, quod alias dicitur litis decisivum, quo alter litigatorum aliquid jurejurando adserit atque affirmat, quo lis vel altercatio finitur.

3. Quæ est vis & effectus juramenti promissorii?

I. Inducere obligationem. II. Confirmare ipsam promissionem & aliquando etiam contractum, quando scil. alteri, in *Vallen. bic* *S. 8. n. 4.* cujus favorem præstatur, jus tribuit, & contractum in sua specie efficit validum.

K 5

4. Quid

4. *Quid si dolo, vi vel metu sit extortum juramentum?*

Hic distingue inter jus Civile & Canonicum. Jure enim Civili ejusmodi extortum juramentum est ipso jure *Auth. Saluum*, defectu consensus, cui nihil *cramenta* contrarium quam vis & metus. *Auth. pub. C. Si Pontificio* non licet contravenire *advers.* mento etiam per vim aut justum *vendit.* & tum extorto, nisi ante a superiori *l. 16. D. De trata* absolute: quia etiam coactus *R. I. c. 2. b.* luntas est voluntas & coactus *consens.* *t. c. Sacris* est utique consensus.

sup. De his

5. *Quotuplex est juramentum extortum?*

Triplex, Voluntarium, Judiciale & Necessarium. *Voluntarium* est quod contra Judicium & ante susceptum iudicium pars parti defert; dictum *ideum* voluntarium, quia non cogitur quis deferre, vel referre. *Judiciale* est quod suscepto iudicio, iudice approbato pars parti defert vel refert. *Necessarium* quod a iudice, propter probationem *opiam*, defertur, vel Reo ad sui probationem, si pro eo stet *presumptio*, Actoris ad causae victoriam, si iudex *inspectis* personarum & causae *circumstantiis*, illud videat Actoris potius *debet*

rendum esse, ut quia forte plus quam semiplene probavit, vel etiam tantum semiplene, Reo contra per se nihil probante. *c. ult. §. sane b. t.*

De Exceptionibus.

TIT. XXV.

Postquam Actor aliquo ex prædictis modis probavit intentionem suam, audiendus deinde est Reus, qui ad defensionem sui uti solet exceptionibus, quibus actiones jure competentes vel saltem de facto intentatæ excluduntur.

I. Quid ergo est Exceptio & quotuplex?

Est actionis vel intentionis exclusio, eaque in genere duplex, alia Facti, qua Reus repellit actionem nullo jure, agentem v. g. si quis agat ex mutuo, qui mutuum nunquam dedit: alia Juris, qua reus excludit actionem, ipso quidem jure competentem, sed cujus nomine iniquum sit Reum condemnari.

II. Exceptionum juris aliæ sunt Dilatoriaræ, aliæ Peremptoriæ. *Dilatoria* sunt, quæ principalem causam & actionem non perimunt, sed tantum differunt ad tempus, ut exceptio declinatoria fori,